



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Notitia Congregationum Et Tribunalium Curiae Romanæ**

**Plettenberg, Hunold**

**Hildesii, 1693**

De familiaribus armatis s. Officii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63032)

ut Congregatio S. Officii informari possit de Statu Inquisitionis. *Carena l. c. tit. 13.*

*De familiaribus armatis S. Officii.*

22. Habere possunt Inquisitores familiam armatam, ut passim docent Canonistæ in *Clem. 2. de Heret. §. fin.* in eam adlegendi sunt fideles, ac devoti, & laudabilis conversationis & vitæ. *Joan. XXII. Const. Exigit Ordinis vestri Religio.* In regnis Hispaniæ ex decreto supremi Senatus debent esse uxorati. Non debent esse alienigenæ, nisi magna subesset causa: *Pegna comm. 105.*

23. Familiæ illi armati non debent abuti armis, sed tantum in eum finem, ob quem illis concessa sunt, nimirum ad capiendos Hæreticos, & ad personam Inquisitoris, & suam defendendam. Tenentur vi juramenti, quod præstant coram Inquisitoribus, denunciare Hæreticos, & de hæresi suspectos, & si id facere negligent, fautores dicuntur Hæreticorum, & ut tales possunt puniri. *Carena de Offic. Inquisit. p. I. tit. 14.*